

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

poenitentiae. Confiteantur
benedictum qui uenit in no-
mine dñi nri. et xpi ora
conspicient.

ITĒ UNDE SUPRA

**LECTIO SCI EUANGELII
SECUNDUM IOHANNĒ.**

In illo temp. Dixit ihc petro.

Sequere me. Conuersus pe-
trus uidit illum discipulū
quē diligebat ihc. sequentē.

qui et recubuit in caena sup-
pectus eius et reliqua.

**OMELIA UENERABILIS
BIDAE PBRĪ DE IANĒ LEC.**



SCI EUANGELII quē
nobis lecta est fratres mei.

tanto maiori a nobis intenti-
one debet per singula uerba
pensari. quanto magna gra-
tiae supernae dulcedine
tota redundat. Commen-

dat enim nobis beatissimus
euangelista et apostolus io-
hannes. priuilegium amo-
ris precipui. quo caeteris am-
plius meruit honorari a dño.

Comendat testimonium euan-
gelicae descriptionis. quod
ueritate diuina subnixum.
nullus fidelium dubitare
permittitur. Commendat
placidam suae carnis absolu-
tionem. quam dño speciali-
ter se uisitante percepit.

Sed ut perfectae lectionis hu-
ius principia considerare
ualeamus. libet superiora.
parumper attendere.

Apparuit dñs post resurrecti-
onem discipulis septem. In-
ter quos erat petrus. & iohan-
nes. frustra in piscando. to-
ta nocte laborantibus. &
stans in litore. copiosa rex-
eorum piscium multitudi-